



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

81. Prælati si certis casibus possit subditos subjicere ordinari, oan possit
se ipsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Ecclesiastica que erepta sunt ab omni iurisdictione nedum laica, sed & Episcopali, velut toto hoc tractatu satis probatum est; At vero temporalia, seu patrimonialia neququam, nec enim est in potestate pontificis ea eripere à iurisdictione iudicis secularis, paucis quibusdam casibus exceptis, quemadmodum supra fucendū probavimus lib. 1. quest. 5. nu. 39. Adde Navar. conf. 2. n. 12. & 14. qui filij (aut legitimi) DD. ea per venerabilem extra cod. sic eadem iuris proportionem definitum est clericos in rebus fori privilegio non gaudere, sed penitus iudici laico subiacere *Canon. Auth. clericus vers. sed nunquid C. de Epif. & cler. Ausp. de potest. secul. super Ecclesiast. reg. 2. num. 5. & seq. & numer. 27.* quia ratione patrimonij clerici subiungunt Principi, vide pulchre Petrum à monte in *Monarchia Conciliorum tit. de Imperatorie Majest. origine q. 4. n. 1. & 2. Navar. conf. 5. num. 1. de immunit. Eccles.* Divisum enim imperium cum Jove Cæsar habet.

 QUÆSTIO LXXX.

Ius patronatus si ad exemptos perveniat, ad quem spectabit institutio.

Dico paucis, ius instituendi spectare v. g. ad Abbatem exemptum in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis, *cap. in Lateranensi ubi Abb. de prebendis*, si tamen ius patronatus ad exemptos transiret, puta cum universitate aliqua, institutio ad eos non transibit, sed manebit illius ad quem antea pertinebat, quia in eos non potest plus iuris transferri, quam habebat transferens *ca. cum seculum de iure patron. Roccus de curte tract. de iure patr. in verb. competens alicui num. 70.* debent quippe patroni exempti ordinandos Episcopo præsentare *Paulus de Civitatis tract. de iure patronat. articulo 3. sexta partis num. 79. quest. 45.*

 QUÆSTIO LXXXI.

Praelatus si certis casibus possit subditos subicere ordinario, an possit seipsum,

Solutio huius quæstionis pendet ex Theoria quam tradit Io. de Lignano *Clem. Sacerdotes de statu regulari, in cap. magna de vot. Petrus de Palud. in 4. dist. Alphon. sus à Casarubios in compendio privilegiorum fratrum Minorum, verb. accedere ad monarchia, vers. tandem quo ad præmissa, ubi pulchre Corduba distinguit inter actus iudicariæ potestatis, & actus superioritatis, apud quem videri poterit.*

QV. A.